Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs qvarti scena qvinta

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

## ACTVS QVARTI SCENA QVINTA.

### SENARII.

CRITO hoſpes. MYSIS ancilla.
DAVVS ſeruus.

In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.
Quæ ſeſe inhoneſte optauit parare hæc diuitias.
Potius, quam in patria honeſte pauper viuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos preconter, video. ſaluete. M. obſecro.
Quem video? eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. C. Myſis ſalue M. ſaluos ſis Crito
Cr. Itan Chryſis? hem. M. nos quidem pol miſeras perdidit.
Cr. Quid vos? quo pacto hic? ſatin recte? MY. nos nec
VTQVIMVS, aiunt, quando ut

volumus, non licet.
CR. Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes reperit?
MY. Vtinam. CR. an nondum etiam?
haud auſpicato huc me adpuli.
Nam pol, ſi id ſciſſem, nũquã huc tetuliſſem pedem.
Semper enim eius dicta eſt hæc, atq; habita eſt ſoror.
Quæ illius fuere, poſſidet. nũc me hoſpitẽ
Lites ſequi, quam hic mihi ſit facile atq; vtile,
Aliorum exempla commonent, ſimul arbitror.
Iam eſſe aliquem amicum & defenſorem ei. nam fere.
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc. clamitent,
Me ſycophantã, hæreditatem perſequi,
Mendicũ. tum ipſam diſpoliare nõ licet
MY. Optime hoſpes pol Crito antiquum obtines.
CR. Duc me ad eam. quando huc veni, vt videam. MY. maxume.
DA. Sequar hos. nolo me in tempore hoc videat ſenex.